

# PROF. JOHANNES BRENNECKE

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1599 in Braunschweig
Gestorben	1655 in Helmstedt
Kurzvita	Phil. Prof. d. griechischen Sprache (1638–1655);
Ehefrauen	Anna Brennecke geborene Heier, Heirat 1639
Quelle	
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/104308761">https://d-nb.info/gnd/104308761</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-30-brennecke">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-30-brennecke</a>

## Lehrstühle

1638–1655 Lehrstuhl für Griechisch, Helmstedt

## Vorlesungen (17)

Ioannes Brenneccivs, Graecae linguae Professor, secundum Iliados librum absolvit, ac tertium interpretari coepit, quem & ipsum intra paucas septimanas absoluturus est. Docet hora secunda pomeridiana., Sommersemester 1639

Ioannes Brenneccivs Graec. litt. Prof. continuabit & absolvet interpretationem Isocraticae orationis de pace, & deinceps alias temporibus convenientes e Basilio M. explicabit., Sommersemester 1640

[...] Privatim quoque ut ante Horatii, sic deinde Persii Satiras exponet., Wintersemester 1641/1642

Ioannes Brenneccivs Graecarum literarum Prof. enarratis, jam praeter alia nona, decem libris ex Illiade Homerica, subjunget deinceps quarundam Euripideis Tragoediarum explanationem: cumque commodum jam quidem unius illarum, Cyclopis, exemplaria seorsim excusa hic prostent, eam fabulam primo loco praeleget: obiterque, id quod ad HOMERUM fecit, excerptos ex aliis optimis scriptoribus locos insignes, nec ab Euripidea praelectione abhorrentes, identidem in tabula descriptos interpretabitur. [...], Wintersemester 1641/1642

Ioannes Brenneccivs Graec. litt. Profess. duas orationes Ioannis Chrysostomi de Precatione interpretabitur. Deinde explicabit aut ex Isocrate orationem, aut alium scriptorem, quem in manibus studiosorum esse intellexerit., Wintersemester 1642/1643

Ioannes Brenneccivs Graec. literarum Professor ex Aristophane Veteris Comoediae principe & Attici sermonis eximio scriptore explicabit dramata quaedam, & initio Plutum, comoediam maxime lepida & utilem., Wintersemester 1643/1644

Ioannes Brenneccivs Graec. litt. Prof. continuabit & absolvet interpretationem Isocraticae orationis de pace, & deinceps alias temporibus convenientes e Basilio M. explicabit., Wintersemester 1644/1645

Ioannes Brenneccivs Graec. lit. Professor, ubi magistratu, quem jam gerit, abierit, interpretabitur librum aliquem ex Homeri Illiade, vel orationem quandam Isocratis., Sommersemester 1646

Ioannes Brenneccivs Graec. lit. Prof. in enarratione libri noni Iliados perget; [...], Sommersemester 1647

[...] eaq. ad finem perducta Isocratis orationem Areopagiticam explicabit., Sommersemester 1647

Ioannes Brenneccivs Graec. lit. Prof. in Euripidis Hecuba bonam partem interpretatus est: totam uti

constituerat, valetudine tenuiore impeditus absolvere non potuit., Wintersemester 1648/1649

Ioannes Brenneccivus Graec. lit. Prof. Isocratis orationem de peace interpretabitur: ejusq; expositione absoluta, addet Poetae alicujus, quem in manibus studiosorum esse intellexerit, explicationem., Sommersemester 1650

Ioannes Brenneccivus Graec. lit. Prof. Orationem Isocratis Areopagiticam interpretabitur, & non modo verborum vim & elegantiam ostendet, sed etiam rerum, quarum varietate oratio illa abundat, explicationem ex aliorum Graecorum scriptorum monumentis afferet. Sumet etiam aliud scriptum, quod in manibus studiosorum esse poterit, explanandum., Sommersemester 1652

Ioannes Brenneccivus Graec. lit. Prof. librum num Iliados Homericæ explicabit ex antiquis scriptoribus, Plutarcho, Eustathio, Scholiaste altero brevior, aliisque, nec non ex ijs Scholijs, quæ olim Io. Caselius descripta ex Italia attulit, & Conr. Horneius hic excudenda curavit. Docet hora secunda., Wintersemester 1652/1653

Ioannes Brenneccivus Graec. lit. Professor simul ac convalescit, id quod reliquum est in IX libro Iliados, nec dum per tenuem valetudinem absolvi potuit, explanabit, & præterea aliquam e Basilio M. orationem. Docet hora secunda., Sommersemester 1653

Ioannes Brenneccivus Graec. lit. Prof. Epigrammata Graeca, quæ ex septem Anthologiae libris selecta, seorsim excudenda curavit, interpretabitur, & quia varij sunt argumenti, ex varijs antiquis scriptoribus tum Graecis tum Latinis illustrabit. Docet hora secunda., Sommersemester 1654

Ioannes Brenneccivus Gr. Lit. Prof. Si ex difficili morbo convalescit, officij parte exequetur., Sommersemester 1655

### **Beteiligung an Dissertationen (2)**

Gratulant in: Kinderling Andreas (Præses): De Amicitia Disputatio Ethica, 04.11.1648. VD17 23:256181U

Respondent in: Ad Praestantissimum & Doctissimum Dn. Tilemannum von Vechelt ... Sub praesidio Viri Amplissimi & Consultissimi Dn. Johannis Thomae Cludii ... Publice De Iuramentis Die 14. Iulii disputantem , 14.07.1638. VD17 3:667750R

### **Reden und Programme (10)**

Johannes Brennecke: Programma Ad Bonarum Artium Studiosos. VD17 23:232185A

Johannes Brennecke: Programma Festo Paschae Ad Studiosam Iuventutem In Academiâ Iuliâ. VD17 23:232187R

Johannes Brennecke: Programma In Funere Amplissimi & Prudentissimi Viri, Dn. Henrici Ernesti Helmstadiensis Consulis primarii, 17.05.1646. VD17 39:101827Y

Johannes Brennecke: Programma In Funere Viri Clarissimi & Consultissimi Dn. Balthasaris Rinckii, I. U. Doctoris, & in Academia Iulia Pandectarum Professoris, 03.05.1646. VD17 39:101776T

Johannes Brennecke: Programma Ad Graecarum Literarum Studiosos & praecipue Philomêrus. VD17 23:293361S

Johannes Brennecke: Programma Ad Bonarum Artium Studiosos. VD17 23:232185A

Johannes Brennecke: Programma Festo Paschae Ad Studiosam Iuventutem In Academiâ Iuliâ. VD17 23:232187R

Johannes Brennecke: Programma In Funere Amplissimi & Prudentissimi Viri, Dn. Henrici Ernesti Helmstadiensis Consulis primarii, XVII. Maii pie defuncti, P.P., 17.05.1646. VD17 39:101827Y

Johannes Brennecke: Programma In Funere Viri Clarissimi & Consultissimi Dn. Balthasaris Rinckii, I.

U. Doctoris, & in Academia Iulia Pandectarum Professoris,, 03.05.1646. VD17 39:101776T

Johannes Brennecke: Programma Ad Graecarum Literarum Studiosos & praecipue Philomērus: In Quo Pauca Quaedam e bonis autoribus de usu Homericae lectionis adducuntur. VD17 23:293361S

### Beteiligung an Reden und Programmen (6)

contributor in: Andreas Kinderling: Programma In Funere Clarißimi Excellentißimiq[ue] Viri Joannis Brenneccii Philos. M. & Graecarum literarum in Academia Iulia Professoris Publici D. XVIII Aprilis pie defuncti P.P., 18.04.1655. VD17 23:262357S

contributor in: Johannes Brennecke: Programma Ad Bonarum Artium Studiosos. VD17 23:232185A

contributor in: Johannes Brennecke: Programma Festo Paschae Ad Studiosam Iuventutem In Academiâ Iuliâ. VD17 23:232187R

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Funere Clarißimi Excellentißimiq[ue] Viri Joannis Brenneccii Philos. M. & Graecarum literarum in Academia Iulia Professoris Publici D. XVIII Aprilis pie defuncti P.P., 18.04.1655. VD17 23:262357S

contributor in: Johannes Brennecke: Programma Ad Bonarum Artium Studiosos. VD17 23:232185A

contributor in: Johannes Brennecke: Programma Festo Paschae Ad Studiosam Iuventutem In Academiâ Iuliâ. VD17 23:232187R

### Rechenschaftsberichte

Zeitraum	31.01.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Februario, iisdem ferme, quibus Ianuario, malis conflictatus, a publico abstinere coactus fui / Ioannes Brenneccius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 52
Zeitraum	28.02.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Martio, perpetuo fere totius corporis languore, capitisque dolore affectus, docendi munus exequi non potui / Interim tribus istis mensibus domi, quantum potui, in privato publicum egi, dum iuuenes me de studiis literarum tractandis consulentes aut scriptum mihi aliquod exhibentes, consilio et opera iuvi / Ioannes Brenneccius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 53
Zeitraum	31.03.1653–31.05.1653
Text	Anno MDCLIII / Mense Aprili, Maio et Iunio / Ioannes Brenneccius Graceae literaturae Professor praternaturali calore, capitis dolore, totiusque corporis debilitate afflictus, officium exequi non potuit / Mense tamen Iunio, ubi respirare aliquantum visus est, examini privato publicoque duorum Philosophiae Candidatorum praefuit, eosque optimarum artium Magistros / die XV publice renunciavit / Reliquis huius mensis diebus ob alias festiuitates et recrudescentem tussim cessavit.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 69
Zeitraum	31.07.1653
Text	Anno 1653 mense Augusto medio demum ad officium redire potui, et perrexi in explicando nono Iliados libro / Ioannes Brenneccius

Quelle	37 Alt 204, H.1, 82
Zeitraum	31.08.1653
Text	Anno 1653 mense Septembri in Homericæ interpretatione progressus sum / Biduo ferias dederunt nundinae / Unius etiam diei lectionem impedivit funus quoddam Academicum / Ioannes Brenneccius
Quelle	37 Alt 204, H.1, 83
Zeitraum	30.09.1653
Text	Anno 1653 / Ioannes Brenneccius Graecæ literaturæ Professor / Mense Octobris die XXV inchoavit explicationem Cyclopis Euripideæ / Citius ordiri eam non potuit, quod tum demum illa fabula, quam seorsim edendam curavi, a Typographi officina prodiret.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 56, 57 Duplette
Zeitraum	31.10.1653
Text	Ioannes Brenneccius Graecæ literaturæ Professor / Anno 1653 mense Novembris docui octo diebus, quibus docendum erat, exceptis duobus, quibus vacationem afferebant nundinae.
Quelle	37 Alt 204, H.1, 54; 55 Duplette

### Zitierhinweis

Prof. Johannes Brennecke. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-30-brennecke> [06.07.2026]